

rum denique superna, illaque caelesti gratia ditamur & latitia tunicam accipimus, juxta illud, induimini Iesum Christum. Similia habet Procopius vide supra cap. 15. q. 7. n. 33. 34. & 35.

Act. 19. n. 8. Introgressus autem Synagoga cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno Dei.

Versiones,

COM EXPOSITIONE II. usque ad Vers. 12.

Verf. 8. Cum fiducia loquebatur. Syriac. Palam abique ullo timore disputans cum contradicentibus. Suadens de regno Dei. Vatablus Ea que sunt de regno Dei. De his pertinentibus ad salutem.

19. Syriac. Vatabl.

Verf. 9. Cum autem quidam indurarentur, Obstinati in sua infidelitate, maledicentes viam Domini. Syriac. Excandescabant, atque convitiis proscindebant. Arabic. Detestarentur sermone. Ethiopic. Maledixerunt contra doctrinam. Convitia, ac opprobria, & maledictiones jactantes contra doctrinam Christianam, quod proprium est eorum, qui se in disputationibus convictos vident ad contumelias, & convitia confugere. Ut jam dixi cap. 4. q. 12. n. 90. 91. & 92.

20. Syriac. Arabic. Ethiop.

Verf. 10. Hoc factum est per biennium, quod in illa aula mansit predicando per tres menses, quod ibi erat predicans, & ideo per tres annos inchoatos perseveravit predicans cap. 20. n. 31.

21. Quis Tyrannus; Syrus. Dionys. Arias. Marian. Lyran. Caieran. Vatabl. Ganzus. Arabic.

Verf. 11. Virtutesque non quasi libet. Syriac. Virtutes maximas edebat Deus. Cajet Non modicas, Arias; Non vulgares. Magna, & preclara miracula, ac signa faciebat paulus in confirmationem sue doctrinae, & de nullo alio in tantum extolluntur virtutes, & signa, ut de paulo.

23. Syriac.

Verf. 12. Deferent a corpore ejus sudaria, & semicinctia. Syriac. A vestimentis ejus sudaria, aut scissuras deferrent. Arabic. Fascias, aut sudaria. Ethiop. Detulerunt ab extremitate vestimenti ejus.

24. Syriac. Cajeta. Aias.

Sudarium est veluti linteum, quo sudorem abtergimus, Semicinctia Occumen. idem est, ait, quod sudarium. Alii dicunt, semicinctium esse idem, quod pellicium, quibus artifices pectus & femora praecingunt: Sal neron, Lorin. interpretantur cingula seu zone, quibus nos cingimus nicephor. Episcop. mittens vestimenta Sacerdotalia Summo Pontifici Leoni III, exprimit semicinctoria, id est cingula auro variegata, ut patet ex Actis Concil Ephesiu.

25. Syriac. Arabic. Ethiop.

Existimo tamen quod haec, & alia deferebantur ex vestimentis Pauli non integra, sed per partes ac particulas, habet Syriac. Sudaria, aut scissuras

27. De ferebatur aliquam partem.

æthiopic. Ab extremitate vestimenti ejus. Et non solum Paulus per sua vestimenta dabat salutem, sed etiam asserit n. Chrysostr. per suam umbram sanare languidos, suscitareque mortuos.

QUÆSTIO III.

Quare Tyrannus in domo sua habebat Scholam?

UT dixi supra verf. 21. Tyranni est nomen appellativum significans, virum Principem, principalem, nobilem, ac potentem, & ex regio sanguine natum, & forte ex stirpe Androchimi, quem Strabo l. 14. affirmat fuisse Codri Athenarum Regis filium, Ephesumque condidisse, & Jonum Regiam constituisse; unde ait etiam Nura omnes ex hoc genere reges vocantur, & quibusdam Regis signis fruuntur honoribus, ut qui primo loco sedeat in certaminibus, & spectaculis, purpuram habeant, scriptionem quoque pro sceptro habent.

28. Ex stirpe Regia.

Iste, ut Regio sanguine natus magno ad sapientiam tenebatur affectu: Apparuit Deus Salomoni per somnium nocte dicens, Postula quod vis: ut dem tibi. 3. Reg. 3. n. 5. At ille nihil aliud postulat nisi cor docile, & sapiens ad judicandum populum: tanto amore sapientiæ ardebat Salomon, ut etiam per somnium nihil aliud peteret, & quæreret, nisi sapientiam. Unde ait D. August. q. 18. ex 2. verbis testa: Quia si habuit spiritum sapientia, spiritum, & regni merito habuit. Sic & Regina Sabæa venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: Math. 12. n. 42. Superato tanto itineris intervallo venit, ut videret opulentiam Salomonis, regni illius magnificentiam, ejusque thronum, quod non fit tale opus factum in universis regnis; minime, sed ut audiret sapientiam Salomonis. D. Bernard. epist. 289. Ubi regi disceret, & sic regnaret.

3. Reg. 3. Salomon affectus ad sapientiam.

Mat. 12.

D. Bern.

Iste ergo tyrannus in suo palatio ad ejus nobilitatem, ac decorem erexit Scholam, id est aulam, in qua, ut inquit Laudunensis. Hugo. Cajetan. ut Princeps magistrum gereret, vel ut filii ejus docerent, vel docerentur quod maxima, & præcipua cura debet esse bono, & optimo principi, quod optimè probat exemplum Nabuchodonosoris Dani. 1. n. 7.

30. Laudun. Hugo. Cajetan.

Dan. 1.

Dicitur Proverb. 9. n. 1. Sapientia edificavit sibi domum. Pineda interpretatur, Salomon ædificavit academiam, seu gymnasium, & non dicitur aliis sed sibi quia ipsa literaria exercitatio magis secundat in utilitatem Regis, ac regni quam aliorum, & ne Magistris deficit alimonie census & quæstus doctrinae communicandæ, Miscevit vinum, proposuit mensam, n. 2. per mensam intelligit omnia necessaria ministrata; exprimit vinum, quod est symbolum Charitatis, quia qui docet, debet hoc præstare cum multa charitate patienter sustinens aliorum errores, & ignorantias, & quibus paratur hoc gymnasium, quique invitatur ad illud n. 4. Si quis est parvulus veniat ad me, insipientibus loquuta est & n. 22: Usquequo parvuli diligitis infantiam, ut ipsam per doctrinam non abjicitis, & cap 8. n. 8. Intelligite parvuli astutiam, vulchrè magnus Magister, ætatem invitat habilem disciplinam facilis parandis, & animis persanctè formandis, quod monet Hugo & ait: Bene parvuli & astutia, & adolescentibus datur scientia. Quia ut canit.

31. Proverb. 9. Pineda. Salomon crexit academiam cum alimonia Magistris.

Sap. 8.

Quod nova vesta capit, inveterata sapit. Vide supra multa cap. 11. q. 7. n. 44. 45. 46. & cap. 14. q. 4. à num. 32.

QUÆST.

QUÆSTIO IV.

Quare D. Paulus fervens zelo animarum tanto tempore commoratur Epheso?

Paulus in Epheso prædicans in Synagoga Judæorum per tres menses, ut patet, modo in aula tyranni, ut dicitur Verf. 10. Factum est per biennium, & ita Apostolus permansit in Epheso duobus annis cum tribus mensibus, quod est triennium incompletum, ut ipse ait cap. seq. 20. n. 31. Proindeque Paulus venit Ephesum an. Christi 55. Claudio Imperatori 13. discessit vero an. Christi 57. ne ronis primo post pentecosten, ut ipse scribit 1. Corinth. 16. n. 8. & multi probabiliter existimant, quod per totum hoc tempus non seper paulus stetit per manens in Epheso, sed circuibat Civitates, & loca circumvicina prædicans Evangelium Christi: ex quo bene advertit Aaron quod prius Paulus fundavit Ecclesiam in Epheso, quam Joannes Evangelista.

1. Cor. 16.

Cum multi, & fortè magni insurgerent contra Apostolum, ipse se recepit ad aulam, & domum Principis tyranni; Nam si dantur aliqui, & magni, qui Sanctos persequantur, præbet deus alios Principes qui eos servant, custodiant, ac venerentur: Fuerunt Principes, qui Jeremiam 37. n. 14. cæsum miserunt in lacum, ac carcerem, providit alios principes, qui eum de carcere tulerunt, dato mandato, ut quocumque Jeremias velit ire, vel facere, liceret, c. 39. n. 13. Amos, Manasses, Achab persequerentur Prophetas, eos tamen maxime venerati sunt Josias, Ezechias, de quo latè Theodoret. quæst. 24. in lib. 4. reg.

32. Duobus annis cum tribus mensibus.

33. Si sunt qui persequantur, sunt qui defendant.

Theod.

Sed quæstio inquit: Cur apostolus per biennium, ac tantum tempus demoratur in aula, ac domo Tyranni: forsitan, quia cum ille ex præsentia ac conversatione apostoli multa bona lucraretur, ipsum secum detinebat, ac instatè rogat, ne discederet: talis societas omnibus, ac magnatibus valde fructifera.

34.

Eligitur Saul ad bella peragenda, ungit eum Samuel, dicens: Unxit te Dominus in Principem, ut liberet populum suum. 1. Reg. 10. n. 1. Et statim n. 5. dicitur: Obvium habebis chorum Prophetarum, & insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis. Si rex eligitur ad bella peragenda: Liberabis populum suum de manu Philistinum, cur non ad milites ad exercitum armorum, sed ad Prophetas, seu ad Religiosos mittitur? Prius agebat Propheta de Saulis moribus componendis, ad quod nil utilius, quàm si cum Religiosis vivat, & degat Lyran citato loco: Tales, inquit, debet promotus in principatum eligere, ut cum illis Deum laudare, & ut eorum orationibus possit bene suum populum gubernare, & ideo subditur mutaberis in virum alterum, per quod ostenditur quod promotus ad Principatum, debet aliter, quam prius vivere. Age Princeps, tibi adjuuge viros deo dicatos, ut eorum consuetudine, ac orationibus valeas multum adjuvare; & mutaberis in virum alterum.

35.

1. Reg. 10.

Principes sibi ad juvare viris Religiosos. Lyran.

Secundo, & maxime ad litteram, quod per tantum tempus ibi detineatur Apostolus, reddiur ratio in Textu: Verf. 10. Hoc autem factum est per biennium; ita ut omnes, qui habitabant in Asia audirent Verbum Domini Judæi, & Gentiles. Ibi ex tanta animarum conversione tamquam Columba ad volandum detinebatur paulus, ut jam ex D. August. dixi superiori cap. n. 31.

Deinde quia illa vehemens Pauli charitas pro

conversione animarum, nullum tempus longè, sed breve videbatur nec ulla mora minuebatur, ac senescebat, sed quotidie fervecens renovabatur: ac si ille eo instanti, ac momento inciperet, ait Christus D. Joan. 13. n. 34. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. Hoc mandatum valde perantiquum in tabulis lapideis scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Si perantiquum, quomodo novum nunc scribitur? Merito sane; quia cum sit verus charitatis affectus nunquam senescit, sed semper in suo vigore ferventer renovatur, ac si nullum antea tempus antiquitatis habeat. Gilbert. Abbas ferm. 19. Cantic. ubi ita monet hominem fidelem. Mandatum hoc nobis semper sit novum, & novum est nisi in vestro dulcis Jesus veteraverit affectu; unam semper in vobis ille recens sit, ne mora temporis aliquid imminuat gratia: Utiq; recens in vobis vester Jesus est, vera recens, in quem semper anxio inhiatis amore. Verus ubi est charitatis affectus ne mora temporis aliquid imminuat. Vide supra cap. 18. q. 10. n. 63. 64. & 65.

Joan. 23.

Aff. etus charitatis nunquam senescit.

QUÆSTIO V.

Quare per vestimenta Pauli tot, & tanta miracula operabantur?

Confundantur, & pereant inimici tui Deus. Confundantur, & verecundentur hæretici, qui malignè, ac perversè contra sanctam fidem Catholicam, cultum, venerationem, sanctarum Reliquiarum earumque virtutem negant, obturantur ora eorum præsentu textu verf. 12. Vestimenta pauli deferebantur super languidos, & arreptitios. Et recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Sic ut vidimus supra Act. 5. n. 15. quod Petri umbra sanabat infirmos, suscitabat mortuos quod etiam faciebat umbra Pauli, ut tenet D. Chrysostr. homil. 8. in epistol. ad Rom. & homil. 6. in epist. ad Corinthios, si tanta hæc virtus tribuitur umbræ Apostolorum, quæ est nihil, & quædam privatio lucis, nullo igitur modo talis virtus potest negari corporibus Sanctorum, ac his, quæ sunt de eorum corpore; per talem enim virtutem vult deus honorare servos suos, ut docet D. August. lib. 22. Civit. cap. 8. & similiter omnes Sancti Patres. moritur Moyses. Et sepelivit eum Dominus, Deuter. 34. n. 6. Commune placitum est, sepelivit Dominus ministerio Angelorum; angeli tulerunt Corpus moysis, & sepelierunt; Cornelius à lapide voluit Deus, ut Angeli inservientes honorarent, & venerationem exhiberent corpori Moysis: Sepelivit in terra Moab contra Phogor. Procopius ut corpus moysis destrueret, ac dissiparet illud nefandū idolum, & averteret gentes ab ejus cultu.

38.

Refut. vir hæretici negantes reliquias. Act. 5. Chrysostr.

D. Aug.

39. Deut. 34. Angeli venerantur corpus Moysi.

40. Gen. 50.

Mortuo Jacob in Ægypto venit Ioseph cum fratribus suis & multa magnalium nobilitate Ægypti, Veneruntque ad Aream Arad, quæ est trans Jordanem. Gen. 50. n. 10. & ibi sepelierunt corpus Jacob, quomodo tanta funeralis pompa exhibetur ossibus à viro sancto. Ioseph, quæ videtur à vera, & recta ratione deficere, nā lege prohibuit erat ossa hominis mortui tangere, Num. 19. n. 16. Quomodo ea non solū tangunt sed tanto cultu, ac veneratione recolunt; prohibuit erat tangere ossa hominis mortui communis, ac vulgaris; nā illis polluebatur homo, non vero intelligebatur lex de ossibus viri Sancti ut, Iacob quorum tactu non munditiam ad puritatem, sanctitatem, ac remedium in multis

Reliquia Sanctorum ut valde utiles.

Genebr.

fibi comparabat homo, ideoque illis summa reverentia erat exhibenda. Optime Genebrardus lib. 1. Chronie. fol. 65. ait: Joseph non fecit contra legem Moysis, quia mortuorum ossa contaminare declarabat...

41.

Cum Samsion se vidisset circumceptum à Philisthinis suis inimicis, & non haberet arma, ut se defenderet, invenit maxillam, id est mandibulam asini, qua jacebat, arripiens interfecit in ea mille viros, Judic. 15. n. 15. Et postea cum sitiret tulit molarem dentem de maxilla, & egressa sunt ex ea aqua; quibus bibit, ibid. n. 19. Unde maxilla tanta virtus ex manibus Samsionis, ut Author est Rupertus relatus in Glossa: Si ossibus animalis manus Samsion communicant tantam virtutem, quomodo negare poterit quod ossa illius manus eandem virtutem obtineant, ut subveniant, & protegant. Vide supradicta cap. 8. q. 3. n. 23. 24. & 25.

Judic. 15. A reliquis Samsion manat virtus.

Act. 19. num. 13. Tentaverunt autem quidam de circumventibus ludæis exorcistis invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini nostri Iesu dicentes: Adjuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE III.

usque ad Vers. 18.

42. Syriac.

Vers. 13. Tentaverunt. Syriac. Studebant. Affectarunt aliqui ex Exorcistis Judæorum, de quibus q. seq. Invocare super eos, qui habebant spiritus malos, hoc autem faciebant ambitione & affectu comparandi lucrum, quæstum ac laudem: Quem invocat Paulus de sua auctoritate ac potestate non multum confidentes nomen Pauli interponunt, quia videbant illius nomen esse terrificum dæmonibus, & cui dæmones obediebant.

43. Syriac.

Vers. 14. Scævæ Principes Sacerdotum. Syriac. Summi Sacerdotis Scæva erat nomen proprium illius Septem filii non incongruè potest interpretari discipulos, nam Hebræica est phrasis nomenclari filios, Matth. 12. n. 27. Filii vestri, in quo e ieiunt.

Math. 12.

44.

Vers. 15. Perpendens Spiritus nequam. Syriac. Ille. Text. Iesum novimus. Æthiopic. Iesum confiteor. Textus, Et Paulum scio. Arabic. Et Paulum optime novi, ac si dicat Iesum tamquam Dominum, ac Dei filium agnosco, & Paulum tamquam ejus Ministrum, ac cum ejus potestate. Vos autem qui estis, ut in me intendatis habere dominium, cum aliis mei subditi, ac membra sitis.

45. Syriac. Arabic.

Lyran.

Vers. 16. Dominatus amborum. Syriac. Eos subiecit. Arabic. Est eis superior factus. Æthiopic. Insanavit super eos, vicit, & collisit. Ex septem filiis in hos duos Dæmoniacus insiluit, vel quia hi duo præsentis erant, vel quia exorcista fiebant. Nudi, & vulnerati effugerunt cum multa verecundia, ac opprobrio suo. Vers. 17. Notum factum est. Arabic. Facta est hæc fama nota. Auditus est hic sermo, inde effectus sequutus explicatur in Textu primo cecidit timor ait Lyranus, ut nullus auderet talia tentare; Secundo magnificabant Deum, cujus solitus est mirabilia facere Psal. 71. n. 18.

Psal. 71.

46.

Vers. 18. Multi credentium Christianorum nempè veniebant ad Paulum, ejusque socios, scilicet Silam, & Timotheum confidentes, & annuntiantes

peccata sua, quæ fecerant, & illud verbum. Annuntio non bene ab aliquibus ex Græco transfertur, ut Græcus idem sit, ac publicare & palam dicere. Sed verè, ac legitime exponenda est, quod idem valeant, ac renuntio, indicio, prodo, vel recito, quod ad confessionem secretam, & auricularem referendum est, & sic fuit instituta à Christo D. & observata in Ecclesia à suo exordio, ut late probant Jodocus Coccius Bellarm. citatus, & alii, nam publica, quæ ab quibus fiebat, rectè abstulit Nectarius, ut potest multorum malorum causa, ut refert Socrates lib. 6. cap. 19.

Coccius, Bellarm., Nectarius, Socrates.

QUÆSTIO VII.

Quare per exorcisma appellantur Dæmones, & tamen aliquando non statim exeunt?

Apud Judæos fuisse exorcistas, qui à corporibus obsessis expellebant dæmonia patet ex loco citato, Matth. 12. n. 17. Filii vestri in quo ejiciunt, quod fiebat invocato nomine Jehova per exorcismos à Salomone traditos, ut testantur Josephus lib. 8. antiquit. cap. 2. & lib. 7. belli cap. 25. D. Epiphani. hæresi 30. Tamen D. Thomas q. 6. de potentia art. 10. ad 3. & cum eo Francisc. Victorin. relecti de Magica n. 18. existimant hos exorcismos compositos postquam ipse factus est idololatra, & aliquid de arte Magica in eis emicuisse.

47. In judæis adhibetur. exorcismi Joseph. D. Epiphani. D. Tho.

Hanc potestatem ejiciendi Dæmonia dedit Deus suæ Ecclesiæ, Marc. ultimo n. 17. In nomine meo dæmonia ejicient, super agros manus imponent, & bene habebunt. Ut etiam Luc. 10. n. 17. quod etiam confirmat D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. ad 1. ex verbis Christi, Joan. 14. n. 12. Amen dico vobis, qui crediderit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet, atqui Christus d. ejecit Dæmonia; ergo ejus fideles, & credentes, ex quo patet, quod solum in Ecclesia Dei datur hæc potestas quod dæmones expellantur per exorcismos, ac adjurationes, quæ sunt ait D. Cyprianus epist. ad Demetrianum. Flagra, & verberum tormenta Dæmonum.

48. Marc. 16. Luc. 10.

Joan. 14. In Ecclesia Christi hæc potestas.

Merito tamen inquires cur sæpè adhibitis exorcismis non expellatur Dæmon: pro quo Delrius delius lib. 4. Disq. c. 1. q. 3. sect. 2. §. Num. fol. 263. valde mirabilem refert historiam de certis Monialibus per quatuor annos, & quatuor menses à dæmonibus ita vexatis, crebroque velut canibus per agris discurrentibus, instar avium volantibus per aera, sicut feles in arbores repentibus, fundentibus de ramis variarum animantium voces, seu fingentibus secreta hominum pendentibus, & per tantum tem. multis adhibitis exorcismis dæmones ab eis non exhibant.

49. Admirabilis casus.

Respondeo ad quæstionem juxta D. Thom. 3. p. q. 67. art. 3. ad 2. & communiter Theologos, quod solum septem Sacramenta Ecclesiæ causant gratiam ex opere operato, at vero Sacramentalia, ut sunt exorcismi ex opere operantis, ac per modum deprecationis, ac rogationis, & sæpè deus ob alios fines suæ divinæ providentiæ non vult exaudire, ut manifestentur opera ejus, uti de cæco à nativitate dixit Christus dominus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo, Joan. 9.

50. Thom.

Supremi fines divine sapientie.

Et propius ad quæstionem accedentes quartum nostra imbecillitas valet investigare. Emmanuel de Valle de Ensalimis opusc. 1. sect. 2. cap. 6. f. 220. num. 16. duas rationes assignat, quas magis expla-

51. Valle. Peccatum patientis.

no

Dan. 4. Ministri.

no. Prima peccatum patientis, sic Nabuchodonosor ob peccata septem annis ejectus est ab hominibus, & fœnum ut bos comedit. Daniel. 4. n. 30. Secundo ob malitiam Ministri, ut patet ex præsentis Textu n. 15. in quo filii Scævæ Principis Sacerdotum non potuerunt ejicere, & sæpè ad hoc necesse est opera pietatis adhibere, sic dixit Christus d. suis Apostolis, Matth. 17. n. 2. Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem, & jejunium.

52.

Ad meriti exercitium.

Tertio in majus bonum, ac meritum ipsius patientis; nam cum se viderit liberatum à Dæmone & cum suo integro judicio, ac libertate offerat Deo tot, & tanta mala, quæ ex sua divina permissione pertulit eique multas gratias referens, quod eum à tot, tantisque malis liberavit, humiliter petens, ne iterum permittat, ut in familia incidat. Ad hæc vide multa verbo labor.

se separat à Patre abiens in regionem longinquam ubi cum meretricibus vivendo luxuriose totam suam substantiam, ac rem consumpsit, cumque gravis fames illum urgeret Civitatem, compulsus hac se collocavit inserviens cuidam Domino illius regionis: Qui misit illum in Villam suam, ut pasceret porcos, & cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat, Luc. 15. n. 16. Et quisnam erat iste Dominus tam durus, & austerus, qui non permittebat servum suum manducare, ac saturari de siliquis, quas porci comecebant? Erat Diabolus, sic habet Asterius in catena græca. D. Lucas ait: Istius regionis à Deo remotæ, atque sepositæ incolæ est diabolus Erenim peccatorum Civitas civem habet, & gubernatorem Diabolum. Diabolus, ut est commune placitum hunc adolescentem instigavit, ut à Patre in locum se segregaret ut totam suam rem multis peccatis, ac luxuriis dissiparet, & sic modo tam crudeliter in hunc miserum insurgit, ut quæ non negantur porcis, illi denegeret tam rigida Diaboli sævitia, quod non solum redigat hominem ad extremam miseriam, sed etiam multa machinatione intendit illi subtrahere univèrsum remedium, ac salutis viam.

Luc. 15.

Asterius.

Diabolus a miseriam remedia denegat.

QUÆSTIO VII.

Quare Diabolus tam crudeliter se habuit in hos duos Ministros, & servos suos?

53.

Cum isti duo filii Scævæ principis Sacerdotum Judæorum intentassent expellere Dæmonem ab homine, ait præsens Textus: Vers. 16. Insiliens in eum homo, in quo erat Dæmonium pessimum, & dominatus amborum invaluit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Isti duo Ministri erant Judæi, membra, ac servi Diaboli, & sine dubio Diabolus eos tentavit, ac excitavit, ut in contemptum doctrinæ Pauli dæmonia ejicerent, ac si Deus non solum per raulum, sed etiam per ipsos miracula operaretur.

54.

Cur ergo Diabolus tam sævus, ac crudelis est in suos servos, ut quos ipse tentaverit, ac provocaverit ad tale opus, ipse in eos insiliat, multisque injuriis, opprobriis, vulneribus, ac nuditate efficeret hoc est supremum Dei judicium, ut qui Diabolo serviunt per Diabolum puniantur, sitque Diabolus eorum carnifex Scribit D. Marcus cap. 5. quod erat quidam homo dæmonium habens habitans in monumentis, & ut refert Evangelista n. 5. Erat clamans concidens de lapidibus tam crudelis, ut se ipsum, corpusque suum lapidibus contereret, ac obrueret, & nudus erat ut refert D. Lucas cap. 8. n. 27. Vestimento non induebatur. Unde Diabolus hunc hominem in tantam miseriam adduxit, Jansenius, noster thomas beauxamis ait quod iste homo per gravissima peccata paravit ei ingressum in suo corpore, quibus studuit ei inservire, unde pro mercede ei diabolus crudelissimas retribuit pœnas, vulnerum, nuditatis, ut non habitaret in domo sed in monumentis, ac montibus.

Diabolus crudelis in suos servos. Marc. 5.

Luc. 8.

Jansen. Beaux.

55.

Considerans Judas gravitatem sui peccati, quod suum sanctissimum Magistrum tradiderit in manus suorum inimicorum ad crucifigendum. Abiens laqueo se suspendit. Matth. 27. n. 5. & quisnam eum excitavit, ac duxit ad furem, quis funes ministravit, quis arbori, ac collo ligavit? Diabolus sane ut tenet D. Leo serm. 3. de Passione, ait: Stante Diabolo à dextris, ejus iniquitatem, quam in Sanctorum Judam ad caput armaverat, in suum verticem retorfit. Diabolus duxit Judam ad suffocationem ipse instigavit Judam ad supremam proditoris malitiam, ut nobis exprimit Joan. 13. n. 2. Cum Diabolus jam misisset in cor ut traderet eum Judas. Ecce suprema malitia ac nequitia Diaboli Judam provocavit ad venditionem, & pro venditione in furca strangulatur.

D. Leo Diabolus instigavit Judam ad venditio nem, & pro ea eum suspen dit. Joan. 13.

56.

Adolescens ille prodigus obtenta sua hereditate

QUÆSTIO VIII.

Quare modo multi credentium veniebant confidentes peccata sua?

At præsens Textus n. 18. multi credentium veniebant confidentes, & annuntiantes actus suos. Perperam Lutherus per actus suos vertit miracula sua, & hoc dixit absque ullo fundamento, nam Græcus, Syriac & Arabicus legunt: renuntiabant offensas, & confitebantur quod fecerant, & hæc repetita verba indicant magnum eorum dolorem.

57. Luther.

Græcus, Syriac, Arabic.

Unde gravissimi Theologi, ut Bellarm. lib. 3. de Pœnit cap. 4. Occumen. Ganæus, Salmer. Ruard baron. Gregorius de Valentia, Cornet à Lapede, Tyrinus Menochius de confessione Sacramentali intelligunt: primo; quia hæc non dicuntur nec de Judæis, nec gentilibus, sed tantum Christianis, quorum propria confessio est Sacramentalis.

58. Bellarm. Occum. Salmer. Ruard. Baron.

Secundo ex his, quæ contigerant filiis Scævæ vulneratis, ac denudatis à Diabolo, dicitur vers. 17. quod cecidit timor in omnes Judæos, ac gentiles, at vero de confessione solum dicitur de fidelibus multi, qui crediderunt, & quamvis etiam fideles timerent, tamen solum eos timor induxit ad confessionem ut traderent libros, ut dicitur vers. seq. 19. ergo in ipsis libris erat aliquid iniquum veluti de Magica arte, propter quod eos tradiderunt, ut latius explicabo quæst. seq. de excellentia Sacramenti confessionis. Vide supra cap. 5. q. 11. n. 72. 73. 74. & 75. & cap. 10. q. 16. n. 127. 128. & 129. & in omnibus meis libris verbo confessio.

59.

Probatum est etiam ex ipso textu.

Act. 19. n. 1. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros, & cõbasserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.